



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Franciscus Lopez.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

P. *Franciscus Lopez*.

Anno 1556. Indiã ingref-
sus, ibi ad annum vsque 1568.
impigritate insigni sudauit
pro Euangelio Christi: quo-
demum anno cum Cocino
Goam nauigaret, à Mauris
Christianæ fidei perinfensis
comprehensus, & pro Chri-
stianorũ Sacerdote agnitus,
rogatusque *num Mahometum*
sequi vellet, cum id magno
animo ac voce negans exe-
craretur, postea quàm cum
illo multis tam blandè quàm
minaciter est actum, ille lu-
culenter iterum vitam prius
& potiùs quàm fidem à se
deserendam testatus est: at-
que eapropter hasta illi altè
in pectus, & ilia adacta est;
tum acinace fissum caput, &
corpus in mare proiectum.
Fuit Franciscus, vir ab ani-
ma-

Lusitanus?
ad Goam 9
29. Oct.
1568.

Fides.

marum in salutem, asserendarum desiderio planè impigro, ac disciplinæ religiosæ curatiùs obseruandæ amore insignitè laudatus.

P. Matthæus Couros.

*Leftanus,
in Iaponia.
29 Oct.
1633.
atq. 65.
Soc. 50.
Fides.*

Anno 1586. Indiam cum lachrymis à moderatoribus impetrauit, & sudore magno coluit. Præfuit in Iaponia, domicilijs, atque Prouincijs; ac miris modis exploratores non semel euasit, velut perpetuo quodam martyrij rudimento in syluis, in stabulo, ac vbi vbi latebræ dabantur, latens; vt animarum salutem adesset. Aliquando in specu sub terra per octo menses delituit. Aliàs per arctum elapsus est: & ne deprehenderetur, repetito S. Felicis Nolani miraculo fecit Deus telam suam repentiùs præ-

te-

*Araneæ
tela.*